UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

61 Episcopi compellere possunt Abbates, & Priores monasteriorum negligentes in habenda lectione Sacrae Scripturae in monasteriis, ubi commodè haberi potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

fuiſſet, *ut in Clementis Papa VIII*
reg. 9.
55 Debetque citatio delegati † fieri cum
inſertione tenoris reſcripti, quia, niſi cita-
tus de ſedis Apoſt. delegatione certioretur,
non tenetur comparere. *c. cum in jure. de*
off. deleg Innoc. *in c. preterea.nu.*1.& ibi
56 Hoſt. *de dilat.* utrum verò † delegatio
tranſeat ad ſucceſſorem, eſt diſtinguendum
quia, aut eſt facta Dignitati, aut nomine
proprio expreſſo, primo caſu, delegatio fa-
cta Dignitati tranſit ad ſucceſſorem in
Dignitate, ſi verò eſt facta proprio nomi-
ne in litteris delegationis expreſſo, tunc
non tranſit ad ſucceſſiorem in Dignitate.
c. quoniam Abb. & ibi glo. *in ver. ſubſtitu-*
57 *tum*, & Abb. *n.3. & 7. de off deleg.* † Delega-
tus enim Papæ, vel alterius Principis habet
privilegium à lege, ut poſſit ſubdelegare.
c. paſtoralis ubi etiam Abb *nu.* 1. *eod. tit. &*
58 *l. à judi* C. *de jud.* & eſt ratio, † quia in cauſa
delegata delegatus eſt major quocunque
Ordinario. *l fin.§ pen. inſi ff de damn. inf.*
cap. ſane. il. 2. de off. deleg. & cap. paſtoralis.
de off. Ord. cùm Ordinarius poſſit multò
fortiùs delegatus Papæ. vel principis, pote-
rit ſubdelegare, & pluribus caſibus am-
pliatur, & limitatur dicta regula, ut per
Felyn. *in c. ſuper queſt. n.* 12. *&* 13. ubi quan
do ſubdeleg. poſſit etiam ſubdelegare *de*
off. deleg & Abb. *in c. cum Bertold nu.* 25. *de*
re. judic.

Delegatam juriſdictionem à lege ha-
bent Epiſcopi in pluribus caſibus: Et
59 primò, ſi Abbates negligentes fuerint in
habenda lectione ſacræ ſcripturæ, aut in
monaſterijs monachorum, ubi commode
id fieri poteſt, ſi nullus, cui lectio quoque
aſſignata fuerit, magiſter erit electus, Epi-
60 ſcopi † locorum uti Sedis Apoſtolicæ de-
legati, eos ad id opportunis remedijs com-
pellere poſſunt. *cap. 2. de magiſter.* conc.
Trid. *cap. 1. verſ qua in re. de reform. ſeſſ.* 5.
& ſacra congr. conc. *ſuper eo. c. 1. in deciſ.*
ſub. tit. Burgen.
61 Secundò, contra † prædicatores erro-
res, aut ſcandala diſſeminantes in populum,
etiamſi in monaſteriis ſuorum, aut alio-
rum ordinum prædicent, & ſi hæreſes
prædicaverint, contra eos ſecundum juris
diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem,
etiamſi prædicatores ipſi generali, vel ſpe-
ciali privilegio exemptos eſſe prætendant,
Epiſcopi auctoritate Apoſtolica, & tan-
quam Sedis Apoſtolicæ delegati, procede-
re poſſunt. conc. Trid. *c. 2. verſ ſi verò, quod*
abſit, de reform. ead. ſeſſ 5.
62 Tertio, ne parochiales eccleſiæ, aut alia
beneficia perſonalem reſidentiam requi-
rentia ſuis debitis defraudentur obſequijs,
indultis, & diſpenſationibus de non reſi-
dendo minime obſtantibus, officium eſt
Epiſcoporum, tanquam Sedis Apoſtolicæ
delegatorum, providere, ut per deputatio-
nem idoneorum vicariorum, & congruæ
portionis fructuum aſſignationem, anima-
rum cura nullatenus negligatur, quocun-
que privilegio, aut exemptione, non ob-
ſtante *cap. cum. ex eo. §. porrò. de elec. in 6.*
Conc. Trid. *in c. 2. ſeſſ 6. de reform. & ſeſſ. 7.*
c. 5. & c. 7.
63 Quartò, † nemo ſecularis clericus,
aut cujuſvis ordinis regularis, extra mo-
naſterium degens, etiam ſui ordinis
privilegij prætextu, tutus eſſe poteſt, quo-
minus, ſi deliquerit, ab Epiſcopo loci, tan-
quam ſuper hoc à Sede Apoſtolica de-
legato, ſecundum canonicas ſanctiones,
viſitari, puniri, & corrigi valeat. concil.
Trident. *c. 3. ead. ſeſſ 6. c. 4. de refor. ſeſſ.* 14.